# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Verbum d
### cum uariis

Quisquis uerbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit; nec enim potest panem seculi cupere qui pane reficitur saluatoris. Negligit famem corporis qui pabulo lectionis intendit, nec uentris curam habere poterit qui alimentum uerbi celestis acquirit. Ipsa est omnium refectio que saginat animam, que impinguat uiscera, cum de diuinis scripturis cibum eloquii perhennis accipimus.

Ambrosius in sermone de XL.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

cupere] capere M P $V^2$ $L^1$ $L^2$, carpere $V^1$; uerbi] ubi P $V^1$, cibi $V^2$ $L^1$ $L^2$; ipsa] enim *add.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; refectio] infectio $V^1$; impinguat] impingat M; perhennis] perempnis M